



Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Iudicium nostrum multiplex in specie, & plures eius diuisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

alteram maxillam tuam, praebe illi & alteram: & si
 vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere
 dimitte ei & pallium, & quicumque te angariauerit mihi
 passus, vade cum illo, alia duo. Haec Redemptor noster. Lites
 enim controuersias atque contentiones maximum nobis dan-
 num afferre, ex D. Paulo docemur ad Rom. 2. & 1. Thess.
 4. & Corinth. 6. Non ergo iniuria inter ethica praecepta
 risconsultus monumentis prodidit in litem si res, s. vltim.
 ff. de aliena. iud. mut. cau. fa. Quod verecunda cogitatio eius
 qui lites execratur, non est vituperanda, magna certe es-
 pense labores atque molestiae litigantes sequuntur, etiam
 victores euaserint, ut satis sit semel vinci, quam sepius
 cerere & diutius litigare. Hinc Cicero lib. 2. offic. admonet
 litibus quantum liceat, & nescit an paulo plus etiam, quod
 liceat abhorre, esse quae non modo liberale nonnunquam
 iure suo decedere sed etiam fructuosum. & in hanc senten-
 tiam multa adducit Luc. à Pen. in l. litibus. C. de agric. &
 cens. lib. 11. Agant ergo iudices, quod debent, iustitiam colant,
 lites ne foueant, eae ut immortales quodammodo fiant: &
 Sincerè, ut iura sanciant ius suum cuique tribuant, illudque
 prae oculis semper habeant, Leui. 19. & 24. Non facies, quod
 iniquum est, nec iniuste iudicabis, non consideres personam
 pauperis, nec honores vultum potentis, equum iudicium
 inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit. Nicolai
 tonius Grauiatius.

Iudicium nostrum multiplex in specie, & plures
 eius diuisiones.

CAP. 11.

SUMMARIUM.

- 1 Iudicium multiplex est. & num. 15.
- 2 Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud mix-
 tum.

3 Iudi-

- 3 Iudicium spirituale quid sit, quid ecclesiasticum, & temporale.
- 4 Ius patronatus de re spirituali, atque temporali participat.
- 5 Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium.
- 6 Princeps expressim rescribere debet, ut summarie in causa procedatur, alias summarius processus negatus censetur, etiam si rescriberet, fiat ut petitur, de quo vide nu. 18.
- 7 Princeps & si multa iudicii substantialia tollere possit, non tamen citationem. & nu. 23.
- 8 Contumax in sui odium habetur pro presente. & num. 4.
- 9 Iudicium vniuersale, generale, commune, & speciale.
- 16 Princeps soli causas summarie decidendas rescripto imperant.
- 17 Legatus de latere, an summarie causas decidendas committere possit?
- 19 Rescriptum & principis gratia ad libellum refertur.
- 20 Priuilegium à principe concessum ex forma supplicis libelli declaratur.
- 21 Verbum, fiat, concessionem gratia ipso facto denotat.
- 22 Citatio est de iure naturali, idcirco nullius defectus in iudico potentior est, quam citationis.
- 24 Contumax multas patitur poenas, & quas.
- 25 Contumax privilegij forum allegare non potest.

2
1
2

Idem iudicium * multiplex ratione diuerso-
rum. Abb. in rub. extra de iudi. siquidem, si fi-
nem respiciamus triplex est. Ciuile, * quod
ad priuatum commodum tendit, gloss. l. prator,
ff. de sepulc. viol. utpote si de fendo. de mutuo &
similibus ageretur, ut in c. ceterum, & c. dilecti,
& causam de iud. Criminale, quod ad publicam
tendit vindictam & utilitatem, utpote, quum de
crimine ad publicam vindictam agitur. ut in ca.
at si Clerici, & in c. cum non ab homine, de iudi.
Idque si corporalis sit, siue pecuniaria ipsa poe-
na gloss. d. l. prator. Diciturque publicum. l. s.
capitalia. ff. de publ. iudi. de quo modica, vel po-
tius nihil dicemus. Mixtum, quod participat de
natura utriusque, gloss. verbo summa in §. primi
instit. de actio. Vbi Doct. & praeipue Iason
pote si de crimine ciuiler ageretur. cap. tuar
procur. c. super his de accu. Ciuiler autem de
crimine agi solet, cum de crimine ad priuati co-
modum, gloss. & Bar. in l. 4. ff. de sepul-
viol. Inno. cap. qualiter de accu. Bart. in rub. de
iudic. & not. in §. summa. & in §. poena instit.
de actio. Quod * si respiciamus materiam, ut
que triplex est. Spirituale, vbi de re spirituali
seu Ecclesiastica ageretur, utpote de beneficiis
Ecclesiastico, de matrimonio, de decimis, de vi-
suris, alijsq; similibus, in quibus versatur perico-
lū animae, de quibus in Cle. dispendiosa de iud.
& in c. exhibita eo. tit. Temporale seu prophana
vbi de re mera temporali & prophana, id est re-
mota à phano & Ecclesia, de quibus in cap. ve-
nerabilis de iudi. Mixtum, vbi de re, quae parti-
ciparet de utroque extremorum nec prae-
alce-

3

altero est, & utpote si de iure patronatus, de pensione Ecclesiastica, de beneficio vno ageretur. Ius * patronatus enim de spirituali participat, quia circa rem Ecclesiasticam & prambulum ad institutionem præbet, quæ iuris est spiritualis, ad nota, per Abb. in rubri. & in capit. quanto de iudici. Amplius & de temporali quoque participat, quia laico competit, & ad hæredes transit, ut in cap. filijs. 16. quæst. 6. Si * verò respiciamus formam, utique triplex Ordinarium, in quo ordine plenè sequato procedimus. cap. examinata de iudi. extra ordinarium, in quo extra ordinem. cap. nouiter de iud. Quod nobis quandoque à l. indulgetur, ut in causis electionum, postulationum, dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum, præbendarum, decimarum, matrimonij, usurarum. Clem. dispendiosa de iudic. ac etiam in inquisitionibus hæresis, in quibus seruare ordinem esset inuertere. cap. ad nostram extra de iureiu. Eadem quoque facultas procedendi extra ordinem quandoque rescripto Principis nobis concedi solet in his, in quibus alias de iure tenemur secundum ordinem procedere. Soletque Princeps rescribere, ut summarie causa discutatur, & requiriturque * de hoc specialis mentio in ipso Principis rescripto quod signaturæ extensionem vocamus, Clem. sapè de verbo. signific. adeò ut si in corpore supplicationis hoc exprimeretur, & non in signatura Principis, non videretur concessa hæc facultas, tamen si expressa esset in corpore, & Princeps rescriberet, audiat ut petitur. Sed desiderat expressionem de hoc in ipsa signaturæ extensione, utpote, Audiat summarie & prout petitur, alias

alias censeretur negatus summarius processus, expressisset enim Pont. si voluisset, c. ad audientiam de decimis, Rot. decis. 466. nota quod in commissione in anti. & 351. si in commissione in petrata in nou. Verū, quicquid dicat d. Princeps

- d * licet possit suo rescripto multa substantialia
7 iudicij, quæ sunt iuris positiui tollere, vt litis contestationem, libelli ac articulorum dationem, & pro illis & similibus dilationes, non tamen potest à partis vocatione dispensare, idque docent, dicunt, quod vocatio partis sit iuris diuini, moniti eo exemplo quod ipse Deus antequam iudicaret Adam à paradiso terrestri, prius vocauit ipsum. ca. pastoralis de sent. & re iud. in cle. Non aliter dicimus, quia si vocatio & partis presentia deficiat, deficiat notio ac discussio causæ, quæ corpus est & substantia iudicij, vt nostra definitio suprà docet, qua diximus, iudicium esse causæ discussionem cum cunctarum personarum interuentu, & satis est, quod interueniant verè vel fictè. Fictè autem contingit pluribus modis, in vtraque persona rei vel actoris communiter vigore citationis, e quia * citatus & contumax in sui odium reputatur pro præfente ad tex. & nota per Bald. ibi in auth. qua in prouincia in fi. C. vbi de cri. ag. op. sine citatione contingit in persona actoris, quando de notorio ageretur factio, vel crimine, vel aliàs per viam generalis, vt in c. bona de electio, vel specialis inquisitionis, vt in c. qualiter el. 2. de accu. Vtroque enim casu fama repræsentat actorem & eius vices gerit. ca. accedens de accusat.

- 9 Nunc * ad tertiam redeamus iudicij diuisionem, quod ratione quantitatis quadruplex est, gl. c.

gl.c.2. de lib. oblat. Specu. de iudi. in fi. Quandoque est vniuersale, vt cū petimus vniuersum ius, vtpote bonorum possessionem vel hæreditatem l. 1. ff. de rei vindicat. l. sed si. §. si. ff. de petit. hæredi. Specul. de iudic. 2. parte, ab hoc genere non longè distat beneficij ecclesiastici petitio & iudicium ipsum beneficiale. Inno. ca. conquirente de offi. ordinarij, Abb. in ca. 2. de lib. oblat. veluti enim in vniuersali iudicio quis petit se declarari hæredem vel bonorum possessorem, & hæreditatem, pro vt est ius, adiudicari, & corpora veniunt in sequelam eodem exemplo in beneficiiali petimus declarari rectorem & adiudicari ius beneficij, cui postremò accedunt corpora. Idem si quis petit ciuitatem vel castrum, varoq; enim casu vendicamus ius beneficij vel ciuitatis vel castri cum pertinentijs, ad notata per Innoc. & post eum per Io. Andr. in nouellis in c. cum venerabilis, de religiosis domibus, vbi habes, quòd secus fit in dignitatib. ecclesiasticis, vtpote si quis petat Præposituram vel Archidiaconatum, pro quibus is, qui agit non habet specialem actionē, & implorat ptatoriam cognitionem, seu Iudicis officium. Innoc. & Io. Andr. ibidem. Aliquando generale, vt cum non vniuersum ius, sed generaliter aliquid petimus, veluti cum agimus pro socio, negotio gesto, vel tutela. gl. d. ca. 2. extra de libel. oblat. Specula. d. 2. parte tit. de iudic. Comune, veluti cum finium regundorum, famil. er. ciscun. & communi diuidundo agimus. c. ex literis. de proba. Spe. vbi suprà. Speciale seu singulare, in quo non omnia veniunt, sed duutaxat, quæ actio proposita cōprehendit, veluti cum agimus rei vindicatione, actione, deposito, & similibus.

a Idem.) Multiplices * iudiciorum species atque partitiones, tam civiles, quam criminales, mixtas, spirituales, temporales, ordinarias, extraordinarias, vniuersales, communes, generales, speciales, aliasque etiam, luculentissimae et copiosissimis commentarijs tractauit Maran, citata in praesentibus in 4 parti, distincte, .i. ad vsque finem, in alijsque insuper, quae sequuntur, ubi non minus acutè, quàm copiosè omnia distincte, ab eo ergo petas, si quid in materia questionis emergerit Nico. Ant. Grauatius.

b Eadem.) Causas summarie decidendas esse soli principes rescripto imperant, sed ab eis quidem inferiores minime. vt Glossator dixit in Clem. sepe, in ver. mandamus et verb. sign. ubi Card. in 1. et 12. q. et in Clem. dispendiosum, in fin. de iudic. et ita etiam consulti Alexan. et Soc. responderunt ille consi. 106. li. 2. hic consi. 96. lib. 1. Caeterum * Legatum, quem de latere appellant, eandem quoque habere potestatem (et si non de iure,) de stylo tamen, tradidit Fel. in cap. olim. colum. 3. de iudic. Qua de re Latius Ias. scribit in l. Nemo potest, 2. lect. num. 6. deleg. 1. Et quod à principe inferiores causas summarie terminandas committere haud quaquam valeant, comprobatur etiam auctoritate Rota decis. 6. de iudic. et decis. 16. de rescript. in antiq. Lap. alleg. 106. in fin. et latius 28. Sed abundantius Felin. in cap. 1. de rescript. col. 1. et 2. et in cap. 1. de const. ubi ad propositam materiam duas ampliaciones (sic enim nostri vocant) et quinque declarationes tradit Nico. Anto. Grauatius.

c Requiritur.) Specialem * principis iussum summarie vt lites terminentur requiri, in confesso est vsque adeo, vt supplici in libello causam summarie decidi petatur, ipseque princeps iudici rescriberet, quod audiat et iustitiam faciat, nihilominus summarie cauam commissam esse non videtur vt Alex. prodidit consi. 93. lib. 2. et auctor hic, quibus conuenit Ias. in l. iustitia, col. 1. ff. de iust. et iure, ubi verba illa iustitiam faciat, non aliud indicant quam iuris ordine seruato iustitiam reddere. Quinimò quod fortius est, vt auctor

hoc in loco asserit, nec summaria cognitio à principe concessa videtur, si rescriberet, Audiat ut petitur si tamen non adiecerit verbum summarie, licet in libello supplici summarie procedi petitum fuisse. Quæ res certè scrupulo carere nequaquam videtur, sic, ut totis pedibus in hanc sententiam eundem non esse cessam. Cùm * rescriptum, principis quæ gratia ad libellum rescriatur, veluti in facto consulti responderunt Alex. consi. 84. col. fin. lib. 1. & Corn. consi. 220. lib. 2. & Ias. tradidit in l. 1. C. de divers. rescrip. Huc accedat quoque Bal. in cap. inter dilectos, colu. penul. de fide instru. ubi * ex supplicis libelli forma obtentum à Principe privilegium declarari testatur, ipsum quæ Bal. eo loci ceteri interpretes sequuntur, atque Dec. consi. 378. Cur. consil. 185. num. 5. & Gram. decis. 103. num. 20. & sequ. qui ad rem non parca congerit, nec non & Ias. con. 93. libr. 4. Quæ opinio Iuris. consulti suffragio fulcitur in l. si de f. r. for. §. interrogatus. ff. de interrog. et. & in l. 1. §. si quis simpliciter. r. ff. de verb. obli. & Imperatoris in §. præ. rea, instit. de inut. stip. ubi haudquaquam necesse est in respondendo eadè omnia repeti, quæ stipulator expresserit. Nam quæ in præfationibus dicuntur, in contractibus resp. tit. intelliguntur. l. T. ita. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. Et optimè his arridet, quod Bar. in ult. quæst. scribit in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. cui ibi Bal. consentit, quod quando actoris intentio est certa, respondit autem ambiguum aut obscurum, intelligitur iuxta ipsius voluntatem, tradunt quæ etiam Oldr. consil. 184. Socin. consi. 67. col. 3. lib. 1. & Nic. onit. alleg. 1. numer. 9. Quæ nam modo quæso, petenti gratiam à pijsimo Principe optioribus possit verbis responderi (ea ut concessa intelligatur) quàm verbum Audiat ut petitur, aut placet, vel fiat, aut æquipollens? nam hæc sine verbare ipsa ad eundem tendere finem nemo est, qui negare valeat. Et verbum * fiat, vel simile, Baldo auctore in l. cum apud. C. de comm. s. r. manum. gratia concessam alio absque adminiculo denotat, quod &

19

20

21

I 5

ipse

ipse idem scriptum reliquit in l. humanum, in fi. c. de legib.
 & Calder. etiā voluit in c. quis quis, per illum tex. de elect.
 qui in gravi causā. ita obtinuisse testatur, cui se subscribunt.
 Barbat. in cap. in nostra, numero 19. de rescrip. & Fel. in ca.
 Rodolphus, num. 50. eod. titu. & in rubr. de const. numero
 13. Quibus etiam non modicū conferunt, quæ Franc. à Ripa
 scribit in 1. resp. libro titul. de rescrip. cap. 11. quæque cumula-
 tiuē ad rem congerit Gomes. in compendio vtriusq; signa-
 turæ, qu. 16. Et quod per verbum placeat in rescripto appo-
 situm, concessum esse videatur, ut in causā summarie (si id
 tamen libello supplici petitum fuerit) procedi possit, nuncu-
 patim Cassad. probat nonnullorum explosi sententia stylo po-
 tius, quā iuri veritatique adherentium, in decis. 7. de re-
 scrip. qui hanc sententiam Imperatoris testimonio commu-
 nit. in d. §. præterea, instit. de inutil. alijsq; etiam auctorita-
 tibus, quas in medium affert. Hoc idem quoq; (& si nullum
 affert testimonium) amplectitur Anto. Mar. P. pap. in suis
 additamentis ad Rotæ decis. 28. nu. 4. de rescri. Nec nostra
 sententiæ repugnat Rotæ decis. cui Vestrius immititur sub nu.
 10. in antiq. alijs 379. quæ impressorum vitio incorrupte
 allegatur. Nam in illa facti specie Pont. non rescribit per ver-
 bum audiat, ut petitur sed per verbum audiat & iustitiam
 faciat, id quod in nostra non est disceptatione, Vnde iure op-
 timo summarius ordo siue processus, licet fuerit petitus, con-
 cessus tamen nequaquam videtur, quia si voluisset, concessis-
 set, illa namque verba iustitiam faciat, iuris ordine seruata
 eam ministrari denotant, ut superius demonstrauimus. Id-
 circò summarie procedi non potest, quia id princeps noluit,
 & sic quoq; Bellameræ decisio procedat nu. 276. qui idem
 existimauit, quod alijs Rota, præcitata decis. 10. secus verò
 erit, cum Princeps rescribit per verbum Audiat, vel fiat, aut
 placet, vel petitur. Quæ verba asstruunt, Principem quod pe-
 titum fuerit concedere voluisse, veluti ex prædictis liquido
 demonstratum est, præsertim ex Gomezio, apud quem citatur
 in loc

in loco de his verbis, de quæ eorum vi atque virtute abundanter videbis: aliàs quid principis verba operarentur dicentis. Audiat ut petitur, cum nihil aliud, quàm in causâ summarie procedi petatur: maximè ea ut citius expediantur, neue longius lites protrahantur, quæ Reipublicæ & occasione criminum & non modica etiam detrimenta præbent, ut pulchrè exorditur text. in clement. dudum de sepult. & habetur in l. si quis ingenium, §. in civilibus. ff. de capt. traditque Bartol. in l. hæc igitur. C. de nouo Cod. fac. Cæterum in hac facti specie, qua crediderim Vestrum loquutum fuisse, eius opinio locum habere potest, quando supplici in libello plura petuntur, quorum aliqua gratiam, aliqua verò iustitiam continent, hoc nempe themate, si princeps per verbum fiat ut petitur, aut placet, rescriberet. solum ea concedere videtur, quæ iustitiam, non quæ gratiam concernunt. Nam propter rerum mixturam, Verbum fiat, aut placet, propriam naturam, quæ gratie concessum denotat, nequaquam retinet, ut eleganter consultus Cornel. respondit consil. 5. column. 3. & consil. 19. column. 5. libr. 2. & iterum consil. 48. libr. 3. cui consentis Franci. à Ripa in rubr. de rescript. numer. 18. nec non & Gomes. vbi supra. & conferunt, quæ post Ioan. Andr. atque alios comprobant Gemin. in cap. si cui nulla. column. 1. de præben. in 6. vbi in dubio rescriptum potius iustitiæ, quàm gratiæ interpretari debet. Et hanc doctissimi Vestri egregij nostra tempestate iurisperiti fuisse mentem crediderim, quo cum me hercule congregi non statui, nec eius opiniones vnquam accusare, aut tantillum labefactare, cui ob eius virtutem multa me debere sentio. Verum, si petatur in causâ summarie procedendum esse, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura indicij, terminis palatii non seruatis, & sola veritate inspecta, & concederetur, quod procedatur summarie & cæter. quod omnia prædicta concessa videantur per verbum & c. docet Rota decis.

decis. 1. de rescript. in antiq. & Aegid. Bellamerus compr.
lanit decis. 338. & 394. nisi eorum aliquid deletum fuisset,
ut eò loci est legere, Nicol. Anto. Grauatius.

d

22

23

Com.
opi.

Com.
opi.

c

24

Princeps.) Nullus * iudicii potentior est defectus,
quàm citationis, quæ defensionem à iure naturali pronun-
tem respicit. l. ut vim. ff. de iustit. & iure. Hinc præclare di-
xit Rota decisio. 364. cum iura. & 201. licet in causa in m.
quod etiam diabolus si in iudicio esset, audiri deberet. Et
que adeò hoc veritati ininitur, ut * Princeps citationis de-
fectum supplere non possit. Felin. in cap. ex parte 2. de offi.
deleg. Dec. consi. 63. viso puncto. Affl. et. decis. 307. in fin. &
que communis opinio Boerio teste, in decis. 247. numero 7.
Qua de re affatim scribunt Felin. & Dec. in cap. qua in
elefiarum, de constit. ille numer. 26. & 66. hic nume. 23.
cin. consil. 120. li. 3. Cur. con. 170. numero 17. Vant. in tra.
de null. titu. de null. ex def. cit. in principio, & Aymo. Cra.
de antiq. temp. similiter in princip. numero. 39. ubi testatur
in his, quæ à libera principis voluntate non pendent, ut puta
cùm de alicuius iurium ademptione res agitur, quòd tam
parte non citata uentiquam procedi potest, hancque opini-
nem communibus suffragijs esse receptam ibidem Aymo. of-
seuerat. Ceterùm quanta sit efficacie in iudicijs citatio, in-
frà in quinti libri decimo tertio capite abundè à nobis expli-
catum videbis, reliquum est ergo ad alia pertransire. Nich.
Ant. Graua.

Quia citatus.) Quòd * contumax ceteras inter pæ-
nas pro presente in sui ipsius odium habeatur, testati sunt
Bald. in l. cum fratrem. colum. fin. Cod. de his quibus. ut in-
dig. & Accurs. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Sed enim
quatuor & viginti pænas, quibus contumax inmodatè sunt
supis, Maran. consulas in prax. in 6. part. ver. contumacia.
numero 9. & sequentibus. & Ius. in l. sancimus. numero 1.
& 17. Cod. de iudic. qui non nullas congerit, at latius Mar.
inter quas illius ne obliuiscaris, quòd contumaci index ne-

dum in causa, in qua contumax est, verum & omni in alia
audientiam denegare potest, ut eò loci Maran. in quinta pe-
na scribit. & Ias. etiam tradit in l. iusiurandum & ad pecu-
nias. §. ait prator. numero 2. ff. de iurciurand. Quibus duas
& alias penas ultra Ias. & Maran. addere poteris. scilicet
ut* contumax privilegij forum allegare non possit. auctore
Afflict. decis. 133. Item quòd aduers. in contumacem iura-
mento partis de expensis creditur, Mars. sing. 239. contumax
& Ripa in l. 2. numero 8. ff. de re iud. Nicolaus Antonius
Grauatus.

Iudicium quinque partibus constare, iurisdictio
autem multiplex, quales singula
Species.

CAP. III.

SUMMARIVM.

- 1 Iurisdictio quadruplex est.
 - 2 Iudicem ordinarium tria faciunt, scilicet lex,
consuetudo, & consensus.
 - 3 Arbitri qui dicantur, & qui arbitratores.
 - 4 Iudex nullus in Ro. cur. ordinariam iurisdictio-
nem à seipso habet, nisi à Pontifice, excipiuntur
tamen Auditores sacri palatii.
 - 5 Arbitrorum à sententia non appellatur, & qua-
nam sit ratio.
 - 6 Sententia arbitrorum non parit actionem neque
exceptionem, fallit tamen.
 - 7 Arbitrium, siue compromissum iuramento non
firmatur iure civili, secus autem canonico.
- I**N Iudicio sex considerantur, iurisdictio,
persona, tempus, locus, causa, & figura iudi-
cij. De quorum singulis dicemus. Iurisdictio
*quadru-